Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



111

10.R

erunt et ubera que nõ lactauerunt Tunc incipient
montibus dicere cadite sup nos: et collib⁹ operite
nos: quia si in uiridi ligno hec facũt: in arido q̃
fiet Ducebantur autẽ et alij duo nequã cũ eo ut
interficerentur Et postq̃ uenerunt in locũ qui uo
catur caluarie ibi crucifixerũt eũ et latrones unũ
a dexteris alterũ a sinistris Iesus autẽ dicebat p̃
dimitte illis: nõ enim sciunt quid facũt Diuiden
tes uero uestimenta eius: miserunt sortes Et sta
bat ꝓpls expectans Et deridebant eum principes
cũ eis dicentes Alios saluos fecit: se saluũ faciat
si hic est xp̃s dei electus Illudebant autẽ ei et mi
lites: accedentes et acetum offerentes illi: dicentes
Si tu es rex iudeorũ: saluũ te fac Erat autẽ et sup
scriptio scripta sup illum: litteris grecis et lati
nis et hebraicis Hic est rex iudeorũ Unus autẽ
de hijs qui pendebant latronibus: blasphemabat
eum dicens Si tu es xp̃s: saluũ fac temetipm et
nos Rudens autẽ alter increpabat eũ dicens.
Neq̃ tu times deũ: quod in eadẽ dampnacione
es Et nos quidẽ iuste nam digna factis recipim⁹
hic uero nichil mali gessit Et dicebat ad iesum
Dñe memento mei cũ ueneris in regnũ tuũ Et
dixit illi iesus Amen dico tibi: hodie mecũ eris
in paradiso Erat autẽ iam fere hora sexta: et tene
bre facte sunt in uniuersa terra: usq̃ in horam
nonam Et obscurata est sol: et uelum tẽpli scis
sum est medium: et clamans uoce magna iesus:
ait Pater: in manus tuas comendo spm meũ:
Et hec dicens expiauit Uidens autẽ centurio
quod factũ fuerat glorificauit deum dicens Ue